

Erhalten ist nur das Begleitschreiben an den Abt Fulrad von St. Denis, dieses aber in einer Fassung, die den sicheren Schluss zulässt, dass hier der wesentliche Teil des Hauptschreibens nicht nur dem Inhalt, sondern auch dem Wortlaut nach aufgenommen ist:

nr. 93 S. 213, 6: Videtur, ut vitam istam temporalem et cursum dierum meorum per istas infirmitates cito debeam finire. Propterea deprecor celsitudinem culminis vestri (S. 213, 8 regis nostri) pro nomine Christi filii Dei, ut mihi nunc viventi indicare et mandare dignemini (S. 213, 9) dignetur) circa discipulos meos, qualem mercedem postea de illis facere volueritis (S. 213, 10 voluerit). Sunt enim pene omnes peregrini. Quidam presbiteri per multa loca ad ministerium ecclesiae et populorum constituti; quidam sunt monachi per cellulas nostras et infantes ad legentes litteras ordinati; sunt et aliqui seniores, qui longo tempore mecum viventes laboraverunt et me adiuvant. De his omnibus sollicitus sum, ut post obitum meum non disperdantur, sed ut habeant mercedis vestrae consilium et patrocinium celsitudinis vestrae et non sint dispersi sicut oves non habentes pastorem et populi prope marcam paganorum non perdant legem Christi. Propterea almitatis vestrae clementiam diligenter in Dei nomine deprecor, ut filiolum meum et cor-episcopum Lullum, si Deus voluerit et si clementiae vestrae placeat, in hoc ministerium populorum et ecclesiarum componere et constituere faciatis predicatorem et doctorem presbiterorum et populorum. Et spero, si Deus voluerit, quod in illo habeant presbiteri magistrum et monachi regularem doctorem et populi christiani fidelem predicatorem et pastorem. Propterea hoc maxime autem fieri peto, quia presbiteri mei prope marcam paganorum pauperulam vitam habeant. Panem ad manducandum acquirere possunt, sed vestimenta invenire ibi non possunt, nisi aliunde consilium et adiutorem habeant, ut sustinere et indurare in illis locis ad ministerium populi possint, eodem modo sicut ego illos adiuvari. Et si pietas Christi hoc vobis inspiraverit et hoc, quod peto, consentire et facere volueritis, per hos missos meos presentes aut per litteras pietatis vestrae hoc mihi mandare et indicare dignemini, ut eo letior in mercede vestra vel vivam vel moriar.

Vgl. Tangl, Die Briefe des hl. Bonifatius, Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit 92, 208 — 209. — H. 60.

31 Bonifatius sendet den Kleriker Ansfrid unter der Bedeckung seines Boten an Pippin zurück und verwahrt sich dagegen, dass der König unwürdigen und lügnerischen Menschen voreilig Glauben schenke. (753.)

nr. 107 S. 233, 11: Quidam servus ecclesiae nostrae, et ipse mendacissimus, qui nos arte fugiebat, Ansfrid nomine, veniens ad nos cum indiculo vestro rogans, ut ei iustitiam faceremus. Misimus illum ad vos cum ipsis litteris cum misso nostro, ut cognoscatis, quia mentitus est vobis; petentes, ut nos pro mercede vestra defendatis contra tales falsarios et eorum mendaciis non credatis.

Die Verwahrung ist in nr. 107 wiederholt, war aber gewiss schon im Begleitschreiben, das der Bote des Bonifatius bei der Rücklieferung Ansfrids überbrachte, ausgesprochen und durch nähere Angaben über die Unwürdigkeit des königlichen Schützlings erläutert. — H. 62.